videt³ als videtur

ap
lectos

gra als gratia, ...

deperit. Cui beata respondit: Ecce opor-
tet te sedere in sinu meo et coegit eam.
Sepe eciam scutellas et patellas, quod
magis humilitatem sapere videretur,
beata Elyzabeth lavabat, et ne ab
ancillis prohiberetur aliquando il-
las emittebat. Et cum redirent, inve-
nerunt scutellas et reliqua coquine in-
strumenta diligenter lota, et nonnun-
quam ipsam eidem operi desperato
insistentem. Ibat eciam beata
Elyzabeth frequencius cum ancillis
suis ad domos pauperum secum de-
ferri faciens panes, carnes, farinam
et alia victualia, que indigentibus com-
petebant, que omnia propria manu
distribuit. Quorum vestes et lectos dili-
genter inspiciebat et domum redi-
ens oracioni insistebat. Non enim
propter ministerium Marthe de-
serere voluit quietem Marie.
Propter quod laborem pie ~~condi-~~
~~cionis~~ actionis condiebat illi dul-
cedo oracionis sive contempla-
cionis. Unde gracia gustate
dulcedinis thure incenso atque can-
delis reliquias sanctorum devo-
tissime honorare consuevit. Que
cursum ad fecunditatem vite acti-
ve cum ipsa rediens cum pauperi-
bus multa simul daret, magister
Cunradus quasi indiscretam in hoc
illam iudicans precepit ei ne plus
simul quam unum denarium
daret. Que singillatim implere
studuit, quod simul non licuit.
Quod cum intellexisset idem